



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Modestia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

LIBERTAS. CAP. XXIV.

Libertos manumissione accepta, alba veste decorari solitos id ostendit, quod apud Tertullianum legitur de famulo libertate donato. Atqui & vestis albæ nitore, & aurei anuli honore, & patroni nomine ac tribu mensaque honoratur & alibi talia, ut adversus Marcionem lib. 5. *Et sacra tinctura candidatis mos fuit albam vestem induere*, de quibus eleganter Pontius Paulinus:

*Indo parens sacro ducit de fonte sacerdos
Infantes niveos, corpore, corde, habitu.*

Neque minus luculenter Fortunatus:

*Candidus egreditur mihiis exercitus undis Fulgentes avimus vestis quod candida signat,
Atq; vetus vitium purgat in amne novo. Et grege de niveo gaudia pastor habet.*

Et quoniam per hebdomadam Paschatis una tingi plures consueverunt, ea de causa feria illa, quæ ad hoc omnes instituta sunt, & quæ subsequitur hebdomada. *In albis* adhuc appellatur. Erat vero signum quoddam manumissionis, de quo supra dictum.

MODESTIA. CAP. XXV.

Erat & modestiæ signum alba vestis, animiq; qui præsentibus æquus, nihil ulterius tentare videatur: uti purpura ambitionis, animique sublimis & vasti, amplitudinis, magistratusque summi. Sane cum apud Alexandrum quidam Antipatri parsimoniam atque modestiam commendaret: *Fortem prævis*, inquit Alexander, *albo utitur pallio, intus vero totus est purpureus*: fictam notans in homine ambitiosissimo, qui maxima quæque appeteret, parsimoniam.

Hinc candidati cultus, tu integritatem præferebant in Magistratus petitione.

LEGES, VETUS ET NOVA. CAP. XXVI.

Sed ut ad nostra redeamus, Cantorum cantico legitur, *Fratruelis meus albus & rubicundus*, quo loco Divinarum literarum interpretes, per colorem album Legem veterem intelligunt, per rubicundum prædicationem Evangelii, utrumque autem in Christo: ipsius est enim Lex, ipsius Evangelium. Sane ubi Levitico de cicatricibus agitur, *albam*, ajunt, *cicatricem* Legis transgressionem significare. Ita illi omnia hieroglyphice sunt intelligenda.

Cant. c. 5.

DE STOLA. CAP. XXVII.

Stola apud veteres invenias matrimonialis pudicitiae signum, de qua Tertullianus plura. *Ovidius* amoris & impudicitiae præcepta daturus, quo se tamen verecundum assimularet, ait:

*Esse procul vitæ tennes, in signe pudoris,
Quæq; regis medios insita longa pedes.*

Hinc Tibullus, Impeditur at crines nec stola longa tuos

BAPTISMUS. CAP. XXVIII.

Evangelii vero locum, *Cito proferte stolam primam*, pro juvene perduto, qui redierat in viam, veteres aliquot Theologi accipiunt pro baptismo, ut apud Eucherium. Supra vero exeuntibus a baptismatis tinctura, vestem albam parari ostendimus.

Lut. 15.

DE ATRATIS.

SACERDOTES ÆGYPTII. CAP. XXIX.

Contra vero nostrorum mores, sacerdotes Ægyptii, cum supplicabant, nigris utebantur vestibus, neque alias quam nigras vestes eum decere arbitrabantur, qui diis preces allegaret: quippe ut terram ipsam supplicare significarent, ex qua mortales conformati sumus. Ea vero apud ipsos nigra figurabatur.

CERES ET PALACRALIS FLAMEN. CAP. XXX.

Et Cereri nigra vestis apud Arcadas induebatur. Et Falacralis flamen nigro utebatur pileo: erat enim Plutonis: cui cum immolabant, vestibus utebantur nigris, quem colorem ajunt inferis diis

Eriamnum civis hōdedica die.